Quelle: https://manuscripta.at/?ID=59
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

manifestant. si fas est cum reuerentia tamen
dicere ad similitudinem aliquam diuini
tatis. Que licet omnia ineffabili sub
stantia sua repleat, scriptura tamen ce
los in sede confirmat. Dignum enim fuit
ut arcem peteret. que se nouerat celesti
operatione sublimem. et tali loco preter ce
teris uersari. unde reliqua membra debu
issent competenti regimine gubernari.
Nam et ipsa figura capitis spheroydes
pulcherrima est. in qua sibi immortalis atque
rationalis anima dignam faceret mansi
onem. Certe corporalia uideamus.
Ignis iste mortalis se protendit ad sum
mum. et quod habet subtilissimam naturam
ad superiora sine dubitatione festi
nat. Sunt et aliqua huius credulitatis
indicia. Nam cum medendi peritissimi
testam capitis humani grauissima percus
sione confractam. in soliditatem pristinam re
uocare contendunt. membranam a qua tegimentu
do cerebri communitur. cum a sanguine
a fece detergere cupiunt. frequenter at
tingunt. que statim ut tacta fuerit. in
tantum stuporem homo peruenit. ut licet percussus
alibi grauiter sentire non possit. sed mox i
terum ut se manus a cerebri impressione
suspenderit. intellectus consuetudinarie re
dit. uocem sensumque recipiens quid de ip
so iam agatur agnoscit. quod in aliis quoque membris

non probatur accidere. quibus in magnitudinem uulne
rum foueis excauentur. Additur etiam quod et sa
no corpori ad hanc rem pertinentia non mi
nima signa perueniunt. Nam cum fuerit
aliquis nimia indignatione flammatus.
animumque suum estu cogitationis accen
derit. non fluctu uiscerum. non pectoris com
motione uexatur. sed statim capitis dolore
percutitur. ut illic uideatur anima fatigati
onis signa reliquisse. ubi magna uisa
est uirtute contendere. Ibi etiam fieri absolute
sentimus animae nostre quosdam fluctus quosdam (iuxta) pectoris
grandiores. ut ante oculos nostros ueniant.
que absentia nullus ignorat. Tendimus
quidem uigore animi in diuersas partes.
multasque regiones. et phantastica ima
ginatione ad capitis nostri indicium produ
citur. quod per diuersas mundi partes cognosci
mus exquisitum. Denique oculos nostros de
figimus otio cogitantes. aurium sensus obstru
itur. Gustus cessat. nares uacant. lingua
non habet uocem. et multis modis per talia cog
noscitur anima in suis quodammodo cubilibus
occupata. Hec ergo ut putatur in edito con
stituta quasi pro tribunali sedens appe
tituum suorum noscitur esse moderatrix. boni
malique iudex. ambigua discernens.
noxia respuens. cum tamen ei gratia diuinita
tis infulserit. Fuit quidem in primo homine
beatitudo naturalis arbitrii liberi potens et